

plus iusto aberraverit et ratione convictus aut morte praeventus fuerit, alter a praedicto abbate subrogetur, bannum ab episcopo suscepturus et statutis temporibus sibi rationem redditurus.)

II III Hanc vero praeceptionem nostram superius intimatam ob dei amorem eiusdemque sacrosancti loci reve-

II rentiam nec non etiam pro tranquillitate vitae regularis fratrumque ibidem degentium securitate firmandam ipsi sancto loco concedimus atque in perpetuum indultam esse volumus, ut ibidem domino annuente nostris et futuris temporibus proficiat in augmentis, quatenus ipsam congregationem pro anima pii genitoris nostri Conradi imperatoris nec non et Giselaë imperatricis genitricis nostrae et pro nobis uxoreque nostra et filiis domini misericordiam attentius deprecari delectet.

I Haec vero auctoritas ut pleniores in dei nomine obtineat firmitates, (auctores consilii et testes praefati negotii subscribi iussimus et) manu propria subter illam^a firmavimus sigilloque^b insigniri prae-

^a wohl statt subter eam (wie die VU.). ^b hier fehlt wohl nostro.

licet Fuldensis plebis aliquid) plus iusto erraverit et ratione convictus aut morte preventus fuerit, alter (clericus^a) a predicto abbate subrogetur, bannum (et altare) ab episcopo suscepturus et statutis temporibus sibi rationem redditurus.

Hanc vero preceptionem nostram superius intimatam ob dei amorem eiusdemque sacrosancti loci reverentiam nec non etiam pro tranquillitate vitae regularis fratrumque ibidem degentium securitate firmanda^b ipsi^c loco concedimus atque in perpetuum indultam^d esse volumus, ut ibidem domino annuente nostris et futuris temporibus proficiat in auctmentis^e, quatinus ipsam congregationem pro anima pii genitoris nostri Chunradi^f imperatoris nec non et Giselaë imperatricis nostrae genitricis et pro nobis uxoreque nostra et filiis (nostris) domini^f dei nostri misericordiam attentius deprecari delectet. Hæc vero (nostra regia) auctoritas ut pleniores in dei nomine obtineat (dignitatis) firmitates, auctores consilii et testes praefati negotii (hic) iussimus subscribi et manu propria subter eam firmavimus sigilloque precepimus insigniri. (Isti sunt testes huius compositionis atque regie preceptionis de venerabili loco Fuldensi inter episcopum

^a er in C auf Rasur. ^b firmata S. ^c isti S. ^d indultum S. ^e augmentum C¹. ^f Chunradi — domini fehlt in S. ^g Gisele C¹.